In Dei nomine. Ego Alvacil Iulianus Petri corporali infirmitate detentus, sana tamen mente, & gratuita voluntate pro remissione peccatorum meorum, dono fratribus meis Canonicis Ecclesiae Beatae Mariae de Toleto pro Anniversario meo vnam vineam, quae est in Alcardet supra viam, quae vadit ad Calabazas ex parte montium, quam in hereditate mea ad medietatem plantavit el Cormano, & nunc est divisa per quatuor partes inter me & ipsum. Tali siquidem intentione & amore partes meas, scilicet duas vineae supradictae dono, vt in singulis annis de redditu illius omnes Canonici & aliquot pauperes prout redditibus vineae fuerit, in die Anniversarij mei in Refectorio procurentur, & semper attentius in Anniversario meo sint memores mei, & pro anima mea diligentius persolvant beneficium orationum & sacrificiorum. Termini primae partitionis sunt, ab Oriente maiolo del Cormano, ab Occidente maiolo de Antonino Adalil, à Meridie del Cormano, à Septentrione via, quae vadit ad Calabazas. Alterius partitionis sunt termini: ab Oriente maiolo cum albor de germana de Pepin, ab Occidente del Cormano, à Meridie maiolo de Marco Mostarau, à Septentrione del Cormano. Facta carta mense Septb. sub era M. CC. I.

Petrus Ibendisdel. — Ts.

Dñico Martin el padre. — Ts.

Dñico Martin de Magerid. — Ts.

Ego Suarius Sci Romani Prbr. — Ts.

Ego Dñicus Sci Romani Prbr. — Ts.

دملقه عبد الله شاهج. اشقلا بن يليل نف

/

effectum presentium dumtaxat consequentium

R. de Prado, huc iussu meo fac iuc. ctor, et ad oram harum paginarum quid animadvertenda visa fuerint, adnotato, sed breviter, disputationibus in aliud tempus reiectis.

V. C.

D. D. Laurentio Ramirez de Prado Regis Catholici apud Christianissimum Regem Oratori dignissimo.

Fr. Hieronymus a Sancto Joseph Carmelita Excalceatus. S. P.

Juliani Petri Chronicon tuo ex munere Tui recipiendum cum mihi venuntiatus, siquid ad illius illustrationem notatu dignum animadvertissem, tibi ame remitti, tuae tuo expectabati: obtempero igitur clarissime Laurenti) et licet opus ipsum, idest Chronicon Juliani minime videcim; quae tamen apud alios ipsius fragmenta reperi, brevi perstringam commentatione nostris, idest Carmeliticis eâ historijs illustrabo.

Imprimis ergo animadvertendum, circa ipsius Juliani nomen, fluxus apud Historicos invenitur Julianos. Antonius namq. Posserinus in sua appara sacro undecim eo nomine insignitos Autores enumerat, quos duos tantum Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, duos quoq. Julianos Pomerius dictos tradit. Cui consentit Rudericus Caius in Notis ad Dextrum nuper excussum. Thomas autem V.C. Tamaius in Prologo suarum novitatum ad quatuor Julianos, eosque Hispanos commemorat; quos elogia ex variis Auctoribus petita, apud ipsum videnda. Ijs addendi duo alij, Hispani similiter, ex Flavio Dextro, Marco que Maximo; nempe Julianus Dacius Martyr, Julianus Episcopus Asturicensis, et Julianus quoque Martyr, sed Flavio Braccarensis. Tandem Bibliotheca Veterum Patrum, in indice Auctorum, et Julianum Archiepiscopum Toletanos ambos numeremus Diaconum, et Julianum Archiepiscopum Toletanos ambos reponit. Sed horum omnium primus ac praecipuus inter eos qui Juliani nomine censentur! Sanctus ille fuit Ogidius, Apostolorum discipulus, primus que Toletanos praesul, de quo infrà: quem et Julianum dictum fuisse testatur Luitprandus in Adversarijs, tradit q. Pedro carrerius Jesuita, in prologo Vitae Sancti Ildephonsi; Salazarius Canonicus Toletanus in Vita Cardinalis Archiepiscopi Petri Gonzalecij de Mendoza, Romanus Carmelita in suis Auctuationibus. Xaverius item eiusdem cultor familiae, in thesauro spirituali; ac tandem V.C. Tamaius in Catalogo Toletanos. Praesulum. Novitatum suarum libro adiecto. Hispanos ergo, qui hoc nomine Juliani dicti sunt, septem extitisse videntur; quatuor nihilominus a Tamaio enumerati, nempe a Dextro et Maximo recensiti. Noster autem Julianus Petri, seu Perezius dictus, Sanctae Justae Toletanus Archidiaconus, huius que Chronici Auctor; a multis commendatur: ut videre est apud eundem V.C. Tamaium in Prologo novitatum, citi supra.

At Adversarijs huius Auctoris, illud occurrit examinandum; an

C. Arguta haec Julianorum commemoratio, sed diuturnis. De quatuor illis, quos dixi progessui, dubitabit est, de ceteris nullus inquam ad Praesulem (quod dicunt) spectavit.

Disputatio hæc non solum inutilis sed noxia: cum ex ea possint emuli ansam negadi hunc Cultum. dum arripere. Julianus Descriptionem scripsit, quæ adhuc manuscripta exstant. Lubandus Chron. si fides alijs dandæ sit

sed quæ non compa-

eadem hæc sint Adversaria, cum illis, quæ Curandi nomine circumferuntur. In Vero Alter Alterum imitatus eodem titulo, suos inscripserit tractatus. Non enim Vulgaris ea est historiarum inscriptio. Ad illustrationem ergo seu notationem Juliani, circa eos, inquos fortè incidi apud Carum, loca, accedo.

Julianus Petri in Chronico, apud Carum in ad Dextrum Notis pag. 15. Helpidius sancti Jacobi discipulus, primus Abbatum Apostolus à sancto Jacobo Toleti obiit. Hujus ædificavit eadem sacrariam Toleti Dextrariam Mariæ Virgini adhuc Viventi. Hæc Julianus. Consonat Dexter in Chron. ad ann. 37. 6 Multos etiam. Suitgrandus in Adversarijs his verbis: Sanctus Marcus Helpidius Julianus (Ecce unde Hispanorum mos binomias ac trinomias appellationes ineuntes) Sancti Jacobi discipulus primus Episcopus Toletanus; Et iterum ibidem: Sanctus Helpidius, quem sanctus Jacobus præfecit Toletanum primum Pontificem, Carmelitanus Monachus fuit; et in prima Petri concione conversus ad fidem, cum socijs multis Venit in Hispaniam, et Toleti fundavit monasterium Virginum et monachorum, ubi post fuit Agaliense. Hæc ita scripta esse apud eundem Autorem testatur Petrus Porthcarrerius qui Suitgrandi Manuscripta antiquissima habet, ut Refert Manuel Romanius in dicto libro suarum elucidationum Ordinis Carmelitar. elucidat. 14. tradunt ass Salazarius & Xaverius ubi supra. Insuper idem Suitgrandus ibidem tertiò sic. Sunt qui putent (quod et ego credo) Secundam Monacham fuisse ordinis Carmelitarum quem Monachi Carmelitani ad fidem Xpi. conversi in Hispaniam intulerunt; exquibus fuit Sanctus Helpidius, primus Toletanus Præsul à S. Jacobo institutus. Hæc referunt Rodericus Carus in notis ad Dextrum pag. 109. ex Canonico Salazario tradunt quoque Romanius, ac Xaverius Carmelitæ ubi supra

Ecce primi Carmelitanæ Religionis, quinimo et universi apud Hispanos Monachismi fontes; hæc prima iacta fundamenta, ijdem qui et Christiani, Carmelitani quoque nominis annuntiatores, allatores, fundatores; Cum Religione Xpi. Carmeli quoque in Hispaniam translata Religio. Ut autem hæc, licet magna; clarissimo tamen Ordini non incongrua; imo et ipsi, et antiquis consona monumentis videantur; antiquorum ea sibuit testimonijs vberare; siquidem et Hispanis nostris, et universo apud nos Monachismo, nedum familiæ ipsi Carmelitanæ, id maximam allaturum gloriam spero. Reperio enim priscos illos Carmeli cultores tempore prædicationis Evangelicæ, ad fidem Xpi. per Apostolos in Secundea conversos, ipsis que postmodum in eadem prædicatione Coadjutores

damus, præsertim cum nihil apud ipsum ejusmodi exstitisse fateantur qui cum ipso vixerunt. Porro aliquot fragmenta P. Higera, infimi negatorij, nihil quod fidem adhuc apud illum reperisse ipsi extitisse. Josephus nanq. Antiochenus, illorum temporum Vicinus Author ut obiter comprobavit. Unam (Utrum examino explano) maiorem hac in re certitudinem posse prædicare; libenter facerem. Nonendum facile credulus sum, sed ita tamen in Hispaniæ laudes gromus Ut quidquid congruis rationibus suffiri queat libenter amplectar. Nec enim nego id non potuisse accidere, sed tantum asserens nihil de ipso S. Helpidij et S. Leocadiæ monachatu certi exstare. Neque primus ego popalem. id R.do P. Romano non semel testatus sum; nec ab ijs discrepant quæ in Vitis Sanctorum Dexter et in Sacris Encomijs Sanctorum Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus Sabaoth.

£. Ribaldus de Carmelitis Archiep. Cantuariæ dispulatò fl. Eamdem etiam Spartam exornauit optimus vir Emanuel Thomas Carmelita Claud. 14. Sed quoniam maxime rei, de qua agimus, conducit, si illa de Elpidio et Legadia suis viribus retorquentur fundamentis.

qui (iuxta Possevinum) floruit anno 130 in libro, cuius titulus; perfecta Speculum perfectæ primitivæ Ecclesiæ Militiæ cap. 12. sic ait: Insectorum militum Xpi. Apostolorum Coadjutores surrexerunt sanctissimi viri solitarij, contemplationi que dediti, Sanctorum Prophetarum sequaces Elię et Elisei qui de monte Carmelo descendentes, per Galilæam, Samariam et Palestinam fidem Xpi. constantissimè sparserunt; quique in Virg.is Mariæ honorem in Carmeli montis declivio habitantes Oratorium, Salvatoris Matri specialius servierunt. Hæc Josephus; cuius hoc ipsum testimonium vocarunt gravissimus Vir Thomas Valdensis. 1. tom. doctrinalis fidei lib. 4. artic. 2 cap. 27 Chrysostomus tom. de sanctis, serm.e penult.o Thomas Abbas in Exam.is homil. in Evang.m Matth. 17. in illa verba: Et apparuerunt illis Moyses et Elias- dom.ca 2 Quadragess.a Baptista Mantuanus. in Apologia ad Sigismundum Cardinal. pro Carmelitis. Ascensius Vadius in commentariis Mantuani, Parthenices Mariana lib. 2 fol. 88. Pineda 3. part Monarch Ecclesiast. lib. 22. cap. 23. §4. Isidorus lib. 1. cap. 6. Thomas a Jesu super Regul. Carmelitar. 1. part. cap. 1 Romanius, Xaverius, Fuente, Coria et cæteri fere omnes scriptores Carmelitæ. Et tandem novissimè Rodericus Caius in Notis ad Dextrum. ad ann. 30. fol. 109. quib. et Audoris, et testimonij fides adstruitur. Josepho consentit Joannes quadragessimus quartus Episcopus Hieros limitanus, Augustini et Hieronimi coætaneus in libro de institut.o Monachorum ad Eprasium; cuius libri et Audoris integram ac illibatam fidem, ad versus nonnullos; innumeros, optimiq. scriptores tuentur. nos que propria defendimus Apologia. Iserus cap. 31. sic de Carmelitis: Itaque eorum multi, ea, quæ, ab Apostolis hauserant, cæteris effundentes fidem Xpi per Feniciam et Palestinam prædicabant, dilatantes dogma fidei, et moribus Vitæ monasticæ, conversationem Ecclesiæ Dei insignissimam demonstrantes. Hæc Joannes; quæ et refert Valdensis ubi supra: Idem testatur Sigebertus Gemblacensis (qui iuxta Possevinum floruit circa ann. 1010. in suo Chronico dicens: Cum Carmelitæ in sancta pœnitentia perseverassent, à tempore Sanctorum Eliæ et Elisei Prophetarum, tandem Xpum prædicantem audierunt, qui religiose fidem Xpi. suscipientes in Xpo baptizati sunt. Deinde perseverantes in doctrina Apostolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, Veritatis Evangelicæ nuntij fideles et religionis Xpianæ, legitimi defensores effecti sunt. Hæc Gemblacensis relatus a Paleonidoro. Richardus Armachanus Hibernię Episcopus relatus a Thoma Valdensi tom 3 doctrinal fidei tribus 9. cap. 89. sic de Carmelitis: Insuper in primeiris nascentis Ecclesiæ in partibus illis prædicando Evangelium sollicitissimè laborarunt. Baptista quoque Mantuanus. Poeta pijssimus ac facundissimus Parthenices Marianæ lib. 3 de suis sic

agit Carmelitis.

Namque ipsi sese, mox ut vulgata saluris
Fama fuit, Xpi magnis iunxere ministeris,
Fautores operis sancti, socios q. laborum

Ubi Jodocus Vadius Ascensius, illustris Mantuani adhuc superstitis commentator. Verum (inquit) est eos Apostolis sociatos fidem q catholicam inter primos prædicasse Chronicon quodam Romanum valde antiquum apud Paleonidorum lib 2 cap. 2. sic ait. Beata Virg. Maria adhortante, in ipsis fidei Xpianæ crepundijs, in promulgatione nominis Jesu Xpi, et fidei prædicat. plantatione quæ primaria in pertenuit sanctis Apostolis ad mortem usque collaborarunt; totam q crescentis Ecclesiæ familiam cum eis genuerunt. Pater Joannes Bonifacius Jesuita lib. 2 de Beata Virgine cap. 1. Mirabiles (ait) quidam solitudinis amatores Eliæ et Eliseï vestigia persecuti, verum divinarum attentissimè meditationi se totos dedicarunt. Ad quos tamen aures, cum Apostolor. primùm, de Xpo. Mundi per crucem servatore, Evangelicæ voces pervenissent, continuò Veteri legi nuntium mittentes sedem ad novam transtulerunt. Neq. solum se Apostolorum benevolos & dociles auditores sed etiam, Adjutores præbuerunt. et cum ex Monte Carmelo descendissent, Xpi fidem per Galileam, Samariam, & Palestinam universam constantissimè prædicarunt. Hæc Pater Bonifacius, in cuius sententiam quam plures alios non infimæ notæ Auctores possemus coacervare.* Ex quibus omnibus satis superque constat, priscos illos Carmelitas Apostolorum fuisse et Auditores, et (ut scite Bonifacius) Adjutores in Evangelicæ prædicationis munere. Et quamvis pij dicti Auctores hoc illis intra Galileam duntaxat, vel Palestinam assignare videantur; rationi tamen consentaneum magis est, id etiam extra Provincias illas simul cum Apostolis eos præstitisse, unaq. cum eis Gentibus Evangelium prædicasse; uti apertè fuit prædictus in supra posito testimonio affirmat dicens, Sanctum Helpidium Carmelitam, cum multis alijs socijs, id est Monachis Carmelitis, Hispaniam adijsse, ibi que Evangelium prædicasse: unde jure optimo Carmelitæ primi cum Apostolis Fidei satores ac Monachismi ubiq. Fundatores sunt dicendi; Quod prout ad Hispaniam attinet, agnoscit, multis que prosequitur doctissimus Franciscus Morovellius Hispalensis in Apologia pro sanctæ Theresiæ Patronatu in Hispania.

Julianus Petri ubi supra de eodem S Helpidio. Ædificat ædem sacram Toleti, veteri Mariæ Virgini adhuc viventi. Consentit Flav. Dexter ann. 39. ibi: Prima totius orbis ædes erecta Beatæ Virgini Casaraugustana fuit. Post, præsules Tarraconenses, Hispalenses, Toletanus, et alij sacras ædes vel oratoria Virgini dedicarunt. Hæc Dexter Ubi si

* sed procunctis, prog. coronide unum, eumq. validissimum adijciam testimonium: nempe auctoritatem tantæ Religionis, id est Carmelitica, cuius inveterata consuetudo non solum conciliari traditione; sed Ecclesiæ etiam universæ approbata & roborata est. In officio enim divinis pro solemni festo commemorationis Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo in lectionib. secundi nocturni sic habetur. Cum sacra Pentecostes die Apostoli cœlitus afflati variis linguis loquerentur, et invocato augustissimo Jesu nomine mira multa patrarent; illi plurimi, qui vestigijs sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliseï insistebant et Joannis Baptistæ præconis ad Xpi. adventum comparati fuerant rerum veritate perspecta, atque probata Evangelicam fidem confestim amplexati sunt, ac peculiari quodam affectu Beatissimam Virginem cuius colloquijs ac familiaritate feliciter frui potuere adeo venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco ubi Elias olim ascendentem nebulam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint. Hæc ibi.

H. Bona verba, mi Pater, demens issime et procacissime Morobelli, et nondum satis. R.mi P.tem ipsum exoro, ne horæ prælusio limatissimo hujus judicij incudi noceat. Abeat in malam crucem dignissimum hoc crucis pondus Morobelli arrogantissimi, nec gravissimi hominis auctoritate vel tantam graves Viri. earn fulciatum. Agat hæc ineptias.

l. Hæc omnia eruditè satis expenderatur. Dextr. indistinctè de erectione ceterarum post Cæsar.
Quæ magistram Cæsaream egit, nam vno eodemq; tempore Præsules S. Iacobi discipuli
magistrum imitantes Cultores, sacra oratoria Virgini Deiparæ dedicarunt. Multa,
Præsertim Oratoria Virginis dedicantium enumeratam ordinem spectat, itaq; ordo in ijs
Toletana quarta, non tertia, uti Julianus ait, ædes sacra est. Nisi forte requirendus, ex Dextri
tertiam à prima ac proinde quartam Julianus intellexerit. Vel dicendum sententia.
Dextrum, non ordinem, sed rem attendisse; Julianum vero utrumq. Vel
tandem Julianum ipsum de his tantum locutum, quas Discipuli Iacobi
Apostoli dedicarunt: quarum nec enumerat Dextr, tertiumque in eis locum
Toletanam obtinere, nullo ad Cæsaraugustanam, quam primò Apostolus
erexerat, ordine attento; quod et ipsius Dextri textus serie intercisa subindicat.
Cæsaraugustana enim velata, separatim incipit tres alias à præsulibus Ia-
cobi Discipulis erectas numerare dicens: Post præsules etc.ª Advertendum tamen
Dextrum non has tantum, sed plures etiam alias tunc temporis Virgini
sacratas ædes asserere. An omnes Viventi adhuc Virgini, vel post ipsius
obitum, præter quatuor illas velatas, incertum. Maxima tamen utrumq.
Hispaniæ inde laus; si quidem non unam tantum eamq. orbis primam
Cæsaraugustanam videlicet, sed plures quoque alias; tres saltem Viventi
adhuc Deiparæ in Hispania consecratas; quod nulli cæterorum Xpani.
Orbis provinciæ contigisse novimus: ut Verè illud Psalmographi usurpare
possimus, (qd. et Cæsaraugustana solemniter resurgat) non fecit taliter omni
nationi. Occurres tamen cum Vincentio Vlyssiponensi lib. 8. in spe-
cul Historial. cap. 92. dicente Martham, postquam in Galliam ea Palestina,
Maria sorore, Lazaro fratre, et Maximo comitibus pervenit duo inibi tem-
pla exigenda curasse: alterum Xpo. Domino, Virgini Deiparæ alterum
consecratum. Volaterranus etiam lib. 11. Geograph. ait, Petrum Apost-
lum, Antiochiæ Cilicæ et Tortosæ dicitur, est q. Phœnicia vnos olim nobi
lissima) sacellum Dei genitrici dicasse, in eaq. Apostolum ipsum primum
sacra fecisse. Quinimo et nostræ Carmelitæ se primos omnium in honorem
ciusdem Virginis Oratorium in Carmelo construxisse gloriantur: ut Videre est ap. in pdicto Carmelitarū salemni Vesperis
et apud Thomam à Jesu in explicat. Regul. Carmelit 2 part. dub. 2. ubi pro B. Virg.e officio Divino.
plures pro hac sententia refert. At his non obstantibus, inconcussa Hispa
norum laus manet à quibus Virginei sacelli primatum nemo unq. potuit
extorquere. Licet enim prædicta Oratoria sive templa Apostolorum iam
tempore dicata extiterint; at ea omnia, vel post ipsius Virginis obitum erecta
fuere; vel incertum saltem; an Vivente ipsa fuerint dicata. Nostra autem
templa Vivente adhuc Virgine per Apostolum Jacobum; eius q. discipulos con
secrata fuisse constans, et fama et optimorum (uti vidimus) Auctorum sen-
tentia est. Vnde nonnullos ex Carmelitica nostra familia scriptores, His
panicarum rerum ignaros, decepto fuisse constat, præsertim prædictum Thomam
a Jesu, alioqui doctissimum, dum Cæsaraugustanæ Jacobeæ q. Virginis de
columna templo Carmelitarum Virginis sacellum prædicat vetustius.
ex primarijs nanq. nostris Auctoribus apparet, prædictum Carmeli Ora
torium non, nisi post Virginis obitum, eidem dicatum. Joannes

siquidem Jerosolimitanus in prædicto libro de institut. Monachor. cap. 36. in fine, sic ait: Monachi prædicti, anno incarnationis filij Dei octuagessimo tertio diruentes eorum seunion antiquum, ædificarunt huic primæ Virgini Deo dicatæ capellam quandam in monte Carmelo iuxta fontem Eliæ. Hæc Joannes: constat autem Beatam Virginem, vel anno quadragessimo octavo, vel ad sumum quinquagessimo septimo iuxta Baronium, Gordonium et cæteros Ecclesiasticos Scriptores, obijsse et licet numerus apud Joannem forte (quod et ego autumo) falsus sit, reponendum q. pro octuagessimo tertio quadragessimo octavo, inverso, transposito videlicet primo numero; parumq. secundo immutato; at inde tantum fit, quod et Mantuanus quoque fatetur libro tertio Parthenices; post Virginis nempe obitum, erectum fuisse a Carmelitis Oratorium prædictum. Sic enim ille:

Audito illius fato, sublime sacellum
Apricis posuere iugis primi, atq. quotannis
Sacra instaurantes, hymnos et thura ferebant.

Ubi post mortem Virginis primos, Carmelitas eidem sacellum consecrasse canit: non autem absolute primos; Cum Jacobus eiusq. Discipuli plura viventi Virgini oratoria dedicarint

Sed age; siquidem Carmelitis nostris Virginei templi primatum in Carmelo, abstulimus, eundem in Hispania iure concedamus. cum enim Discipulos Divi Jacobi (ut ex prædictis patet) Carmelicolas fuisse appareat, consequens est, ut prima Virgini dicata in Hispania templa ab eisdem simul cum Apostolo, vel post ipsum fuerint erecta in eorundemq. potestate remanserint. Unde namq. in eiusmodi postmodum Ecclesijs Monastices reliquiæ à Benedictinis quidem Monachis instauratæ? Nisi quia prima illa a Carmelitis iacta Religionis fundamenta, cum temporis injuria interlabascerent, antequam omnino deperirent, restituta sunt. Cuius nonnullum vestigium adhuc Toletana in urbe extare nostri contendunt. Constat enim Divæ Mariæ dictæ de Alficen templum, omnium, quæ in ea reperiuntur urbe, vetustius esse; ut videre est apud Petrum Alcozerium in Historia Toletana lib. 2. cap. 30. et Magistrum Petrum Sanctium Toletanæ Ecclesiæ Capellanum in Historia Morali ac Philosophica 3 parte in Vita Romuli et Remi, Didacum Coriam, Marcum Xaverium, Romanium, aliosq. quamplures ex nostris. Quod videtur innuere Alphonsus sextus Castellæ Rex in quodam Privilegio Benedictinis Monachis concesso; quod refert P. Yepes eiusdem familiæ Historicus tom. 6. in Appendice, script. 43 ubi sic ait:

K De Helpidio tantum testatum habet (si verum est) Eutrandus: de ceteris quomodo probaturi sumus? Tu videris.

L Si in ceteris coniectura prævaleat, bene est.

Festos ibi antiquam Ecclesiam, quæ dicitur Sancta Maria de Alficen; quæ nunquam Christianitatis titulum perdidit etc. At vero hæc ipsa fuerit Ecclesia illa de qua Marcus Maximus in Chronico ad ann. 625. ubi ait Leovigildum Regem sepultum esse in templo sanctæ Mariæ Petushonis ad Toletum, dubitari poterat: præsertim cum idem Lepes ubi supra ann. 1085 cap. 2 asserat templum hoc de Alficem prius fuisse quadam eremiterium; postea Ecclesiam Parochialem, deinde Cathedralem: sed nihilominus credo Marcum Maximum locutum de templo, quod nunc sedes ipsa Pontificia Toletana est; ipsum à sancto Helpidio fundatum, ut optime probat Vir clarissimus Tamaius in Dextri Vindicijs Novitate 17 fol. 82. At nihil impedit quominus et hunc et illum, item et monasterium supra dictum Virorum ac fœminarum ab eodem sancto Helpidio Toletanæ fundata esse dicamus, ac proinde omnia istiusmodi oratoria, ædes, sive templa ab insigni extaucta Carmelita. Eremiterium autem istud simul cum fratribus ibidem degentibus cum Benedictinorum ab Alphonso commendatum, non absolutè traditum, optimè probat noster Maldonatus Loria in suis elucidationibus lib. 1 cap. 16. Verba dicti Privilegij expendens. Tandem vero post varias transmutationes, ac veterum temporum vicissitudines in Carmelitarum iterum atq. iterum vedijt potestatem, tunc quasi postliminij restitutum; ubi ipsorum nunc ætas tandium. Hanc igitur ædem, unam ex illis saltem fuisse, quæ primò ea in urbe Virgini adhuc viventi dicatæ fuerunt, ex dictis potest non obscurè conijci. Quod idem dixerim de Augustissimo ac primario Virginis Cæsaraugustano templo, ac cæteris tunc temporis per Hispanias fundatis, propter eandem valitudinem. Manet ergo probatum Monachos Carmelitas primos Virgini et ante mortem in Hispania et post Mortem in Carmelo oratoria dicasse. ac proinde ubique temporum ac terrarum primos semper Virginis cultores extitisse.

Julianus Petri ann. 910 apud eundem Carum fol. 113.

Florebat hoc tempore Fabricius Abbas sanctorum Fabriciani et Philiberti Martyrum in Oppido Situlia, nunc Baiona, & Concilio interfuit.

De monasterio sanctorum Fabriciani & Philiberti, Dexter ann. 301 Situlcis in Campetania prope Thumedam civitatem sancti Epi Martyres et Monachi Philibertus et Fabricianus, qui in confluenti Tenarij fluminis Jacobi monasterium Deo optimo Maximo et Beatissimæ Virgini dedicarunt. Hæc Dexter. Quæro igitur eo anno, nempe trecentessimo primo, cuius institutum vel ordinis monasterium fundatum? Non utiq. Benedictini; cum nulla nedum nati adesset tunc Benedicti notitia; ut pote cum ille quadringentessimo octuagessimo natus fuerit anno, nec Augustiniani ordinis esse potuerit; cui Augustinus, anno trecentessimo octuagessimo octavo, ipsa nomen dederit. An alterius cuiusdam instituti? Quod nam illud præter Carmeliticum? cuius Monachi jam ab Ecclesiæ infantia

N

Mirum hoc cum Sanctæ Mariæ de Hesperendelesia ex mistica abbatissæ fuerit, capitalis templum, ut scribitur probo in historia Toletanorum, quod hæc olim sit repetere. Toletanarum rerum peritissimum hoc est. Sic nempe intellegenda privilegij verba quod aiunt nodum in scirpo (quod aiunt) quærere.

N. certissima hæc sententiam in codicibus M. Maximi non solùm voces sed manus Benedictinorum irrepsêre.

Hispanias adijsse probavimus. Quinimo eo ipso anno, quo sancti Philibertus ac Fabricianus Monachi a Dextro renuntiantur, ipsorumq. agnoscitur monasterium; Leocadia quoq. Virgo Toletana, Carmelitani ordinis monacha a Luitprando (uti diximus) praedicatur. Sed nostram hanc conjectionem Dextri quoq. testimonio confirmemus, ad annum enim 419 sic ait: Canali, in Lusitania Monachi nigri ab annis 393 Hos autem Monachos imitatores fuisse Eliae Carus illius loci adnotator probat ex Nacianceno, Hieronimo, Sozomeno et alijs; suspicatur tamen locum quoad nigrorum nomenclaturam vitiatum vel supposititium. Autumat enim nullam pris cis illis temporibus fuisse in veste Monastica varietatem, secundumquam Monachi nigri ad aliorum differentiam dicerentur. Quod et si ipse non probat; at confirmari potest ex Hieronimo, qui epistola 17. Monachorum Palestinorum sui temporis normam ac vestitum describens sic ait: in veste nulla discretio, nulla admiratio. Veruntamen non propterea à dictione Dextri censeo recedendum. Constat enim ex Cassiano lib. 1. de institut. Renunt. cap. 3. et sequentibus, ex ipsoqmet Hieronimo in praefatione Regulae Pachomij, et in epistola ad Nepotianum et alibi; ex Philone etiam de vita contemplativa, Josepho de Bello lib. 2. cap. 7. Joanne Jerosolimitano cap. 38. Clement. Alex. lib. 2. pedagog. cap. 10. et alijs antiquos Monachos certas semper habuisse vestes, a caeteris q. Fidelibus distintas, non solum secundum formam ac materiam; sed etiam iuxta coloris diversitatem. Quod Hieronimus non negavit, sed Palestinorum uniformem habitum fuisse dixit. Neq. enim credibile est, quod in eodem Monastario, ubi caetera omnia uniformi canone definita erant; hoc unum, scilicet vestium exteriorum color, varius ac incertus esset, diversitatem quam maximam ac discrepantiam inter Monachos ipsos inducturus.* Quod si aliquos pulla, vel nigra veste, alios autem candida usos apud Auctores reperitur, hoc ipsum nostram confirmat sententiam; quod videlicet ~~[illegible]~~ iuxta diversas Provincias vel diversas Monachorum congregationes diversus quoque esset vestium color; ut et nunc fit. Non tamen ita scrupulose id, eo tempore observatum, quemadmodum in press. Unde retinendam, uti certam supradictam Dextri lectionem judico; vereq. ex ea iam tempestate Nigrorum Monachorum appellationem increbuisse; quam postea Benedictini, varie licet aliquando usi colore, in nigrum tamen omnino declinantes sibi usurparunt. Quinam igitur Monachi illi antiquitus Nigri, non ita certa res. Carus quidem Augustinianos suspicatur; sed temporis ratio obstare videtur cum eo anno tricentessimo nempe nonagessimo tertio vix Augustinum Monachum nedum Monachorum parentem agnoscamus; vel saltem non ita eius dilatatum institutum; ut alias, praeterquam Aphricam, Provincias posset implere. Qui enim tricentessimo octuagessimo octavo ad Xpum. conversus fuerat, intra quinquennium ordinem fundasse, vitae norma, ac vestium colore distincta fratrum agmina instituisse ad varias q. Provincias statim transmisisse; neq. temporis rationi consonum, neq. Augustini modestiae consentaneum, neq. eremiticae tandem ab eo institutae vitae congruum videtur. Quare ~~[illegible]~~ dicendum ex ipsismet Carmelitis, quos simul cum Apostolo Jacobo in Hispa

* Clementin. 1. de electione ibi cum Rationi non congruat ut homines disparis professionis vel habitus simul in eisdem monasterijs socientur innona 16. q. 7. / cap. quisquis dist. 41.

Hispaniam transmeasse probavimus, nonnullos eo vestium usos colore: Melota enim seposita, pulla in veste manebant; quod et nuncusq. retinemus. Immo non multos ante hac annos, pulli omnino itinerantes nonnulli incedebant Carmelitæ, quos suo adhuc tempore existentes redarguit Mantuanus, Egloga 10 quæ dicitur Bembus: sic igitur et tunc quorundam forte non observantium fratrum mos seu relaxatio albo dimisso pallio, invaluit. Nisi tandem mavis eiusmodi Nigros Monachos, Basilij fuisse alumnos, cuius iam tunc et nomen et institutum celebre erat, nulla tamen de ipsorum in Hispaniam adventu asserta notitia. At quoquo id modo se habeat; neq. hic omnino à Carmelitano distinctus ordo; Huius enim ille portio quædam fuit. Unde et Basiliani Monachi, Carmelitæ quoque dicebantur; aliquali tamen utriq. ab invicem differentia discreti; tum institutione, tum pallij forte colore. Carmelitæ nanq. hanc retinentes nomenclaturam Scripturæ ac Patrum præsertim Joannis Terosolimitani institutiones observantes, pallio regulariter albo induebantur; Basiliani vero Basilij Regulas, ac nigrum iam inde forsam pallium usurparunt. Ex dictis ergo tota hac commentatione patet, non solum Fabricianum ac Philibertum Martyres, sed quotquot eorum tempore in Hispania Monachi floruerunt; ad Carmeliticum institutum pertinere. Sed quid tandem de ipsomet Abbate Fabricio, cuius occasione in hanc longissimam devenimus notationem? An et ipse Abbas Carmelita? Forte ita dicendum; ipsumq. Fabriciani nomen, institutum, ac monasterium in Fabricio Abbate restitutum vel continuatum. Fateor nihilominus eo iam tempore, anno videlicet 910 Benedictinos fratres plurima in Hispania obtinuisse monasteria, ipsosq. multa, ac desertaq. ferè iam antiquorum Carmelitarum cœnobia instauranda suscepisse.

Julianus Petri ad ann. 472 ex Manuscripto Toletano apud Salazarium. Anno nostræ salutis 472 floret memoria apud nos Sanctæ Synthecæ Abbatissæ Monialium Carmelitarum, miraculis, dictis, factisq. claræ. Hæc Julianus. Apud nos. Toletum intelligo; et in eo Monasterio ubi et Leocadia Carmelitana quoq. Monacha iam extitit, eo videlicet quod ab Helpidio ædificatum fuit, vel quod in ipsius met Leocadiæ paternis ædibus postea in eius honorem constructum. Apud nos forte ad distinctionem illius clarissimæ fœminæ Synthechis Pauli coadjutricis, de qua ipse ad Philippenses 4. Evodiam rogo et Synthechem deprecor etc. et Martyrolog. Rom. 22 Jul. quæ et Philippis obijt. Vel forsan legendum Sycleticæ apud nos, ad distinctionem alterius Sycleticæ antiquioris, quæ etiam Monialis Carmelita fuit; floruitq. Alexandriæ temporibus Constantini de qua Martyrolog. Rom. 5. Januarij. et Patres antiqui, apud quos celebris ac frequens illius mentio. Notandum quod ait: floret memoria; Forte multo iam ante obierat, vel alibi longius decesserat, cuius tamen apud Hispanos florebat memoria; sed primus sensus planior, textuiq. congruentior. Inde enim Monachismi Carmelitani series continuata

O in M.S. est Synthicæ.

P. Apud nos non magis Toletum sonat quàm Hispaniam.

melius deprehenditur, cum centessimo post Leocadiam anno in eadem civitate, idem Leocadiæ Carmelitæ vigeat institutum.

Julianus Petri ann. 558 apud Carum fol. 190.

Euphenianus vel Euphemius primus Abbas Agaliensis monasterij ab Athanagildo Rege Visegotorum ædificati, et in monasterio positus; scribitq. ad Papam Pelagium. Hæc Julianus. Iterum ad ann. 571 Petro cognomento Benigno Pontifici Toletano succedit Euphemius vel Euphemianus, alias dictus Heladius unus de primis sancti Benedicti discipulis. Consentit Maximus in Chronicon. ann. 562. et 571. ubi de eodem Euphemiano primo Agaliensi Abbate. Expendatur dictio et in monasterio positus supervacanea enim videtur. De Monasterio autem et Abbate consentit Maximus in Chron. ad ann. 600 sed addendum; quod eodem in loco, ubi Athanagildus Benedictinis Monasterium ædificavit; Sanctus (uti diximus) Helpidius Divi Iacobi discipulus, ac primus Toletanorum Episcopus, virorum ac foeminarum Carmelitani Ordinis Monasterium iam olim construxerat, quod quidem tempore Athanagildi vel iam dirutum, vel alio translatum, vel tunc in Benedictinum transmutatum fuit. At ego in eam propendo sententiam, ut credam eiusmodi Helpidianum monast.m simul cum alijs sacris ædibus ab eodem sancto Helpidio Toleti erectis, tempore Diocletiani ac Maximiani Imperatorum iusu Daciani Præsidis destructum fuisse. Tunc siquidem ait Julianus in Chronicon; Anno 303. 16. Aprilis Imper. Diocletiano et Maximiano iusu Daciani Præsidis totius Hispaniæ destructum est templum sanctæ Mariæ a S.to Helpidio Toletano Pontifice et Martyre constructum, et à Marco Marcello Eugenio reparatum. Quod et factum est in alijs terrarum Ecclesijs eodem anno. Hæc Julianus. Unde nihil dubium quim in eadem Toletana civitate omnia destruerentur Christianorum templa, ac proinde Monasterium ipsum Carmelitanum. Et licet Constantinus (ut ex eodem Juliano constat) Beatæ Virg.is Basilicam inibi reparaverit; at de monast.o non itidem constat; Fortasse autem (ut dixi) iam illo diruto, vel alio translato, Athanagildus locum fama venerabilem Agaliensi instauravit Monasterio.

Julianus Petri in Chron. apud Carum fol. 117. Securæ quæ Tader etiam dicitur à propinquitate fluminis perennis terminos interlabentis nomine sancta Briena Virgo sanctissima. Idem constat ex Dextro, qui ad ann. 301 Securæ (inquit) in confinio Beticæ, quæ Secura etiam Tader dicitur Sancta Briena, socia Sanctæ Febroniæ, quæ veniens ad Hispanias, Tarraconensi provinciaq. passa, ibi celebrior habetur. Nota, Virgines has nempe Febroniam, ac Briennam Sanctimoniales fuisse in Celebri Sybapolis in Syria Monast.o; quod ad Carmelitanum ordinem pertinere; priscæ Religionis nostræ tabulæ ac veterum Auctorum tradant monumenta. Persecut.e etenim Diocletiani invalescente

Hæc, suppositione ceterarum rerum certa, optimè expendentur.

R accuratissima hæc (si quæ unquam) coniectura.

sub Lysimacho Praeside monast.m hoc invasum est, indeq. Febronia
educta, martyrium q. passa, cæteq. pudicitiæ potius quam vitæ iacturæ
timentes, aufugerunt. Brienna igitur, ex eisdem una Hispaniam
appulsa, ibidem Martyrij coronam insequens, valeria persecutas, tan
dem consecuta est. Quanam autem in Hispaniam potius quam alio transmigrandi
causa? Fama videlicet Christianissimæ huius provinciæ, et Cæsaraugustanæ Vir
ginis templum invisendi ardor, qui ut testatur Dexter ad ann. 45. 42. et 70.
fidelium undiq. confluentium animos sollicitabat; Monasticæ quoque institu
quod ipsa profitebatur, quodq. ex Palestina olim manaverat observantia Briennam
trahere poterat. Veltandem ut Martyrium, quod antea forte declinaverat, nunc
pœnitentia ducta sitiens in Hispania, ubi multa tunc Ecclesiæ persecutio,
quæreret. Quod autem eo tempore Monasticum, idest Carmelitanum ibidem
floreret institutum, vel inde colligi potest; quòd eodem anno passa quoque
fuerit Beata Leocadia, (iusdem ordinis, ceu diximus) monacha, eodemq.
Fabricianus ac Philibertus Martyres ac Carmelitani etiam monachi. Vnde nec
mirum quod ubi Carmelitarum floreret religio, illic Carmelitæ aliunde confu
gientes confugerent. Quid autem si et ipsam Leocadiam sociam forte Brien
næ ex Syria simul commigrasse dixerimus? forsan conjecturis id consonum.
Nam et nomen Leocadiæ peregrinum videtur minimeq. ad Hispanicam
aut Latinam linguam accedens, sed Græcam omnino redolens dictionem.
quod et Doctissimus ipse Tamaius Toletanus eiusdem q. Leocadiæ civis fatetur
in Dexter Veritate, Novitate. 3. Sed nihilominus tantæ urbis urbi clarissimæ
idest Toleto, tantæ tamq. clarissimæ Virginis natalitium non negemus. Civem
eam Toletanam indiginamq. fateamur. Indeeste magis et Hispaniæ; et Car
melitani in ea ordinis fama claruerit: Siquidem ibidem nata Virgo nobili
ssima, ibidemq. Monasticen professa; monasterium ibidem, in Hispania scilicet
meditullio, primariaq. sede iam olim extitisse antiquissimum confirmat.

Julianus Petri apud Caz. fol. T Inde venit Cæsaraugustam
Jacobus ubi illa nocte orantis apparuit Beata Virgo super columnam
comitata Angelis et civibus æthereis sussitq. ibi erigerit in honorem sui le
clesiam et super columnam illam erigerit altare. Hæc Julianus, super
quæ ob nam. in patriam Virginem; idest Cæsaraugustanam adfectum,
notationem accipe. Juliano consentit Flavius Dexter in Chron. ann. 37
in fine, ubi sic. Beata Virgo Jacobo preces fundenti Cæsaraugustæ in Columna apparet in spiritu veniente quoq. Joanne Theologo. Idem paulo ante
ann 37 Jacobus Apostolus primum templum, vel oratorium Beatæ Virgi
ni ex eius iussu præsentiaq. super columnam Cæsaraugustæ erexit. Idem
ann. 38. Prima totius urbis ædes erecta Beatæ Virgini Cæsaraugustanæ fuit.
Iterum ann. 41. Impleta honorifice legatione sua, ac rebus Hispaniæ

S Nihil obstat origine Cordubam, ortu Toletanam fuisse. Eugenius, origine materna, et ipsa conjectatione Cordubensis, Romanus omnino fuit. Quid de Isidoro, Laudio, alijs dicam?

T Fusiella hæc de Cæsaraugustano templo et discipulo et sic aliis, laude dignæ.

Sanctissimè compositis, relictaq. Ecclesia Theodoricurę, quę de collumna dicitur, quam Beata Virgo sua præsentia sospitaverat, bearat et consecrarat, ubi et præclaram imaginem suam reliquit. Quæ cælestis ędes ex eo tempore Fidelium devotione frequentatur, Iacobus cum lachrymis Hispanorum Hierosolimam revertitur. Idem ann. 52. Templum columnę Cæsaraugustę (ubi quidam credunt partem esse dominicæ columnę) fideles et frequenter undiq. visitant, et cum magna veneratione colunt. Idem ann. 442 Prudentius Roma Cæsaraugustam rediens, ad sedem Cæsaraugustanam sanctæ Marię plenus dierum et illustriu operum post multas pugnas cum omnib. hæreticis sui temporis habitas, tranquillè moritur. Huc usq. dextri de Beata Virg. ~~de columna~~ et Cæsaraugustana testimonia. De eius quoq. templo Aurelius Prudentius Cæsaraugustanus in hymno Decem et octo Martyrū. sic. * Sævus antiquis quoties procellis — Turbo vexatum treme fecit orbem — Tristior templum rabies in istud — intulit iras. — De sancto Vincentio ibi loquens ait. Noverat templo celebres in isto — Octies partas, deciesq. palmas — Laureis doctus patrijs, eâdem — Laude incurrit. Marci iam Maximi testimonia attexamus. Isergo anno 483 sic. Simplicio Episcopo Cæsaraugustano succedit in sede Pontificali sanctę Marię de columna Ioannes vir egregiè sanctus et doctus. Idem anno 566 Ego Marcus Maximus qui hæc scribo, vixi multos dies in ęde sanctę Marię de columna à Beato Iacobo Zebedei filio erecta. Idem ann. 579 Concilia celebrantur in æde sanctę Marię Cæsaraugustanę ad Columnam, uti olim sub Priscilliano Synodus collecta est. Idem ann. 612. In urbe Cæsaraugustana frequentissimè visitatur Ecclesia sanctę Marię Primogenia à sancto Iacobo condita; quę confluentib. ex varijs locis peregrinis in prætio est et miraculo. Idem eodem ann. paulo infra. Ego Marcus Maximus transtuli Tarracone caput et bonam corporis partem Sancti Principis Hermenegildi Martyris Cæsaraugustum, et collocavi in ęde Beatę Marię de Columna. Idem ibidem in Epigrammate ad Beatum Hermenigildum.

Hospes amice novi, temploq. canende vetusto = Cura Iacobei quod patris alma facit

Sp. Braulio in additionibus ad Maximum anno 314 Cæsaraugustę templum Augustissimum Beatę Mariæ à Beato Iacobo Zebedei filio constructum laxatis spatijs integratur, nec minore pietate, ac frequentia colitur. Idem in fine illarum addition. Omnes Episcopi fere iacent in beata sede Sanctę Marię de columna dicta, in quib. Maximus vir sanctissimus et eximia doctrinarum cognitione conspicuus, et Ioannes s memorię frater in pace requiescunt. Marci Maximi epigramma ad B. Virginem de columna

x Prima domus Mariæ sacrata est dicta columnę — Astitit hic genitrix hominisq. Deiq. Verenda
Hanc eadem Iacobo tradidit alma parens — et iubet in magna surgat ut urbe domus
x Cum primum hic iaceret divini semina Verbi — Quæ ceu prima foret præcuntis sedib. una
Præco sacer lustrans oppida Ibera fide — undiq. collecti quam poterent populi

* Plena magnorum domus Angelorum non timet mundi fragilis ruinam tot sinu gestans simul offerenda munera Xpo.

O domus excellens, magnorumq. aula beata
Cœlicolum, sibi quam deligit alma parens,
Interris cœlum siqueis desiderat unquam
Offerat hic Matri vota precesq. Dei

Experietur enim hic præsentia numina matris
Rebus in afflictis hinc feret auxilium
Ingressis timor et subito reverentia surget
Matris et inde Soci, cœlicolumq. chori

Cuid mirum Domus hæc Divinq. numine matris
plena Solum moveat? nam movet illa polum

Eiusdem Marci Maximi hymnus ad Templum Cæsaraugustanum columnæ ss. Virg.is

O Cæsaraugusteæ decus
et dulce patriæ civium
gentis Iberæ columen
templum columnæ immobilis.

Quæ diceris plus omnibus
sacris Iberis sedibus
Hierusalem mirabilis
domus pudicæ Virginis.

Te præsidis cubicalis
elegit ipsa genitrix
quæ gessit almo in utero
Magnum Tonantis filium

Hæc nam Iacobo Apostolo
et suo consanguineo
ædem iubet confingere
cunctis manentem sæculis

Ostendit illi se hilarem
suoq. natalitio
conceptionis aureæ
templo manente insomnia

Conceptionis hinc diem
Iacobus Hispanos docet
et prædicat ceu cæteri
quacunq. labe liberam

Hinc mos habet principium
hunc celebrandi frugiter
populis Iberis idem
qui durat usq. hodie

Hinc et vocare singulas
episcopales cathedras
Hierusalem et abhinc demo est
factum vocandi initium

Grandis apparitio
Iacobo facta primitus
Anno nono tricessimo
Natalis almi Domini

Hac Virginis apparitione, nos cum ad V.C. Bartholomeum Leonardum de Argensola simulum pro edendis operibus scriberemus tale intersevimus elogium; quod ab nostram in columneam Virginem devotionem tibi intemerandum putavimq. Sic enim aiebamus. Quid nam (o mi Leonarde) divinius? quid ve unquam augustius? quam cælestem illam Augustam, ac sacratissimam Theotocon moniturum adhuc, nostris se et mentis infelle, ambitiosq. Angelorum fame latu tantu et obse quio circundatam Cæsaraugustani Iberi vigam sua consecrasse pie ssentia. Ubi enim non Memphyticas pyramides, non Romanas turreis non Herculeas metas, Pharos, ac Colossos, aere nec vacuo pendentia

Mausecta; sed sacratiorem illam, triumphalem, vereq. Virginalem cunctis Obeliscis augustiorem columnam,, sacratius adhuc nrę fidei columen, se semet ipsam scilicet ostentantem locavit. Huic siquidem sublimi veluti throno Regia insidens Virgo, decoro vultu, cœlesti fulgens lumine, milleq. trahens varios induta sole colores, beatissimo nostro, idest Hispaniensi adstitit Jacobo, sui super eadem columna mirificam relinquens effigiem in modum excubias agentis, suosq. inde uti cœlica Patrona, Cæsaraugustanos, Celtiberos, Hispanosq. universos, hucusq. tutantis, foventis, auxiliantis. Ingens profecto Cæsaraugustę a Diva manus; sed Divæ ac Cæsaraugustę, quandignissimum; ut ea scilicet mœnia, quibus reædificandis tributum Virgo, (si vera fama est) olim solverat, sua quoque præsentia munirentur. Celebre namq. illud Edictum, quod ab Augusto Cæsare Octaviano Tarraconę tunc commorante, exijt, ut describeretur universus orbis, reparandis utique à se indigitatę urbis muris constitutum, sunt qui autumant; atque ita censum a Beata Virgine sacro tunc gravida fœtu, pro se, proq. illo, Cæsaraugustę reparandæ solutum. Inde ergo et illius esse incola voluit, cuius Virgo fuerat vectigalis; murosq. præsens invisere, seq. ipsa defendere; quos absens olim nummo reparauerat. En! quantum nrę urbis decus! &c.

Plura de sacratissimo hoc templo, cœlestiq. columna Celtiberi tradunt Historici; novissime vero Murillus qui plures, in sua, de eadem Virginis ęde, Historia refert Auctores

Hęc, (clarissime Vir) tumultuario penè calami rotatu subindicare potius quam asserere ~~tentavimus~~ coactisumus. Tibi namq. obtemperandum erat; opinioniq. vel existimationi etiam meę cedere, ut tuę concederem voluntati, pretium operę duxi. Tibi ergo siquid in ea placet, adscribe; tibi, etiam siquid etiam displicet, inq. meis culpis da tibi tu veniam. Factus sum insipiens, sed tu me coegisti; Nonnne ~~vis~~ blando vis latet imperio! imo et precib. blandis vis non modica, non modica coactio. Historię nrę filo intercisso, quidquid ~~ex illo~~, ad ea quę hinc inde Juliani fragmenta corrassimus illustranda, inveneramus, adiecimus, tu singula expende ac censoriaq. virgula dijudica; nosq. uti facis, ama. Vale.

Fr. Hieronym.s a Sancto Joseph.

116

Reddo tibi voces tuas, Cl. P. tu me coegisti. inq. meis culpis tu mihi da veniam. hæc certè (cum Ennio dicam) non pugnandi studio sed propter amorem veritatis exaraui. Tute meum ergo te animum bonè consule, et æternum vale, ut optat æternum

Tuus

D. Thomas Tamaio de Vargas



